



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

De pœnis inferni.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

judicium, non minus isto singulis præmeditadū ac metuendum, dum videlicet anima a corpore exiens, ad Christi repente tribunal protrahitur: illicque astantibus et accusantibus malignis spiritibus iudicatur.

De poenis inferni. Art. XIII

 **V**erum admodū inenarrabilis est beatitudine sanctorum in cœlo: sic profusa ineffabilis est miseria reproborum in inferno. Quid ergo de ineffabili fari presumo? Sed ad incitandum timorem, paulisper balbutiendo lo-

quid desidero. Est enim in inferno in primis animarum ac dæmonum, inconuertibilis auersio mentis a deo, cui correspondet poena damnationis: scilicet carentia visionis diuinæ, quæ est summa infelicitas. Et quoniam in mortali peccato descendunt vel recesserunt, perseverat in eis inauertibilis conuersio ad bonum creatum, atq; caducum in quo sibi finem statuerunt, & plus quam summum bonum dilexerunt: & hoc est eis æternus cruciatus, qd tali bono frui nequeunt, neq; in ipsius illicito usu delitiari, sicut optauerant posse. Itaque æternaliter obstinati manent in malo: nec deum diligunt, sed odiunt atque blasphemant. Quoniam ergo in peccato mortali propter contemptum immensi dei, est infinita enormitas, est in inferno interminabilis poena: & quia reprobis illi miserrimi sunt vasa iræ, in quibus rigor atque seueritas diuinæ iusticie ostenduntur ac patent: ideo secundum magnitudinem diuinæ æquitatis, iuste torquentur: et cum sint deo odibiles, sempiternæ obliuioni traduntur, nec unquam miserabitur eorum creator. Vnde cū poena

Feria quinta
meditadū.

Sap. 14

b v ignis

D. D I O N Y. C A R T H V.

Dānatorū ignis poenissima & maxima sit, primum praedictumqes miserorum tormentum est ignis: et

Nunc ergo redi o anima ad te, & a distractionibus te elongans: intuere impiorū tormenta, quatinus a quorum miserando collegio separatis post vitam hanc in supplicio, ab eorū quoqe peccatis atqe delitijs abstinere studeas in hoc mundo.

Iob. 10 Inspice oculis internis careerem metuendi iudicis, ut creditur in medio terrae situm: vide illic terram tenebrosam & operam mortis caliginem, in qua densissime ac palpabiles tenebre, in qua vmbra mortis & nullus ordo: sed sempiternus horror, perennis desperatio, atqe amarissima omnis boni desolatio habitant. Certa est ibi aeterna damnatio, & quicquid desiderabile, iucundum que existit, longissime & perpetuo abest: quicquid autem odibile est, atqe pœnatum, ineuitabilius adest. Audi illic ululatum & gemitum, singulum atqe blasphemiam, miserandissimum reproborum, praedoloris ac desperationis horrorem ac magnitudine linguas suas manducantium, deumqe coeli maledicentium, atqe blasphemantium. Ibunt enim a calore nimio ad aquam nimium. Ignis quoqe eorum non extinguetur, nec vermis morietur. Inuocabunt mortem, & fugiet ab eis. Erit ibi horribilis aspectus dæmonum, erit tuus rancor, ac summa iniuria singulorum: nullus se tunc illi amplius odibunt in supplicio, quicquid familiarius consentiunt in peccato. Intolerabilis aderit foetor, & gemes societas, pressura, & calidissima flama, atqe inexcogitabile frigus. Optima quæ nunquam finiris, nūquam abbreviari, nunquam minueris. O infelix consortium, ubi unusquisque alterius auget tormentum. Si hec o

Marc. 9

Iob. 3 Erit ibi horribilis aspectus dæmonum, erit tuus rancor, ac summa iniuria singulorum: nullus se tunc illi amplius odibunt in supplicio, quicquid familiarius consentiunt in peccato. Intolerabilis aderit foetor, & gemes societas, pressura, & calidissima flama, atqe inexcogitabile frigus. Optima quæ nunquam finiris, nūquam abbreviari, nunquam minueris. O infelix consortium, ubi unusquisque alterius auget tormentum. Si hec o

bone

bone frater intente pensemus, non solum nō oblectabunt voluptates carnales, neq; de eo tantum lətabimur, gratiasque agemus: q; ab hoc nequam seculo erepti sumus: sed & miseris quoque mundi amatoribus vehementissime cōpaticemur, atq; pro eis affectuosius diuinam bonitatem precabimur. Insuper ad nihilum deducetur in conspectu nostro malignus: timentes autē dominum glorificabimus.

De passione Christi. Art. XV.

Feria sex.

Si scire cupis, qual te Christus charitate dilexit: intende quanta pro tua salute pertulerit. Proinde si peccati grauitatem, enormitatemq; agnoscere optas: cōtemplare quia aliter peccatum mundi tolli non potuit, nisi ipse mundi creator, verusq; deus, id ipsum incarnatus proprio sanguine aboleret: & ita cogitans, Christū diligere, & peccata abominari incipes. Acerbitatem ac varietatem passionis dominit tui, tibi ^{1. Pet. 2} sub pectori tuo tanquam fasciculum myrrhę reconde: & ne tantæ charitati ingratis sis, quotidie eam deuotissima recole mente: atque in ea vide & disce, quid te oporteat facere: quomodo pati aduersa, & Christi imitari vestigia, seruum eius condeceat. Recordare itaq; illius sacratissimæ nouissimæ coenæ, & quomō in ea charitatē ^{Iohan. 13} edocuit, tā ybo q; ope. Verbo qdē dū dixit, Mā ^{Luc. 22} datū nouū do vobis, ut diligatis iuicē. Opere autē ^{Iohan. 13} dū p̄priū corpus in cibū, & sanguinē dedit in potū. Quē admodū etiā in ea humilitatē summe instruit. Discipulorū a bluēs, tergesq; pedes: et id nobis imitari pr̄cipiēs. Deniq; quō factus in agonia plixius oravit, et factus est sudor eius sicut ^{Luc. 5.} guttae ^{Luc. 22}